Ch. Bubulis quidẽ magis delector: at ouillas magis ſalutares arbitror: Ita ingenium eſt hoĩm: vt pernicioſiſſima queqꝫ appetant vehementiſſime

Aug. Galli ſuillas carnes mix in modū amant
Chri. Galli amāt quę paruo cōſtant.
Aug. In hoc vno Iudę⁹ ſuꝫ. Nā nihil ęque odi: atꝫ carnes
Chri. Nec iniuria. Quid enī inſalubrius? Ego (ſuillas
in hoc: non cum Gallis: ſed cum Iudęis ſentio
Eraſ. At ego ouillas pariter amo: ⁊ ſuillas: ſed diuerſa rati-
one. Naꝫ ouillis quod amem: libenter veſcor: Suillas prę a-
more non tango: ne quid offendam.
Chr. Bellus homo es Eraſme ac feſtiuus. Equidē mirari
mecum ſępe ſoleo: vnde tanta in palatis humanis diuerſitas
Nam vt Horatiano carmine vtar.
Tres mihi conuiuę prope diſſentire videntur
Poſcentes vario multum diuerſa palato
Quanꝗ̄: vt ait Comicus: quot homines: tot ſententię et
ſuus cuiqꝫ mos. Tamen nemo me adduxerit: vt credam.
plus ingenio ineſſe varietatis: q̄ꝫ palato
Eraſ. Ita vix duos reperias: quos eadem iuuēt. Permul-
tos vidi. qui butyri ac caſei ne olfactum quidem ferrēt. Sūt
quibus carnes nauſeę ſint. Alius elixis. alius aſſis abſtinet
Multi aquā vino pręferūt. Et quod incredibile eſt: vidi ho-
minem: qui nec pane nec vino vteretur
Aug. Et q̄buſtādeꝫ miſer ille victitabat? quib⁹ veſcebat̃?
Eraſ. Cęterorū nihil faſtidiebat, nō carnes, nō piſces: non
Aug. Vis vt iſtud tibi credā (olera: nō poma.
Eraſ: Si lubet
Aug. Credo: at ea lege: vt viciſſiꝫ mihi mētienti fidē ſis ha-
Eraſ. Age faciā: mō verecunde mentiaris. (bitur⁹
Aug. Quaſi ꝟo ſit quicꝗ̄ tuo cōmento impudentius
Eraſ. Quendaꝫ in Italia: cum illic agerem videre memini

qui nullo neqꝫ cibo: neqꝫ potu adiutus: ſomno ſaginabatur
Aug. Et nihil pudet. Nō poſſuz illō Satyricū nō dicere.
Tunc immenſa caui ſpirant mendacia folles
Tu poetaris. Tu nūc poetā agis. Nā mentiris dicere: mihi
religio eſt. Mentiris dicere: religione prohibemur
Eraſ. Mētiar: ſi nō Plinius autor certiſſim⁹ ſcripſit vrſuz
xiiij. dies ſolo ſomno nuz in modū ſaginari: q̄ tñ ita alte pre-
miſ: vt ne vulnerib⁹ quidē q̄at excitari. Imo q̄ magis mire-
ris: addā quod Theophraſtus ſcribit: per id tp̄s vrſoruz car-
nes coctas quoqꝫ: ſi aſſeruentur: reuiuiſcere
Aug. Vereor ne Parmeno ille Terētian⁹ iſta nō cōtineat
Chr. Mihi facile fidem facis. Miniſtrarem tibi de ceruį-
nis carnibus: ſi ſatis eſſem vrbanus.
Eraſ. Unde tibi nunc venatio?
Chr. Midas hominuz omnium qui viuunt liberaliſſimus:
noſtriqꝫ amantiſſimus: mihi miſit. Idem ſuo more nudiuſter
tius hunc ceruū venatus eſt. Quid tu: qui ſoleas iſtius ſtu-
dij eſſe amantiſſimus? (hil venor
Eraſ. Equidez hoc ſtudio plane relicto: iā pręter literas ni-
Aug. At mihi videntur quouis ceruo fugaciores. Duob⁹
tamen potiſſimū canibus aſſequimur: admiratione ſcilicet:
atqꝫ improbitate laboris. Nam et admirari plurimuz diſcen
di ardorem miniſtrat: et vt facundiſſimus poeta ſcripſit. La-
bor improbus omnia vincit.
Eraſ. Amāter admones Auguſtine: vt ſoles: ꝓpterea non
deſiſtā: non quieſcā: non defatigabor: donec conſequar
Chr. Carnes ceruinę ſunt nūc admodū tēpeſtiuę. Memi-
nit Plinius de hoc animante quiddam admirabile
Aug. Quidnam obſecro?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Chri. Quoties arrexere aures: acerrimi eſſe audit⁹: at ꝯtra
Aug. Iſtđ ipm perſępe nūero euenit. (cū remiſere ſurdos
Nā ſi qñ mihi fiat ſermo de dādis mihi aureis: nihil tā auri-
tum. Hic em̄ cum Pamphilo illo Terentiano aures arrigo:
vbi de recipiēdis a me ꝟba fiunt: illic remitto
Chri. Laudo te: Facis vt te decet.
Aug. Vis de his leporinis clunibus?
Chr. Tibi ſumito. Aug. An de tergo mauis? Hoc aīal
pręter ilia: ⁊ clunes: nihil habet appetendum.
Chri. Vidiſti ne vnq̄ȝ leporē candidum?
Aug. Sępe nūero Plinius: in alpibus cādidos repiri ſcri-
bit: q̇bus hybernis menſibus niuē pro cibatu eſſe ſit creditu ȝ.
An veꝝ ſit Plinius ipe viderit. Qđ ſi leporis cutem candi-
dam reddit nix: ſtomachū habeat cādidum necē eſſe
Chri. Mihi veriſimile non ſit
Aug. Accipe magis admirandū, at fortaſſe tibi nō inauditu ȝ
Idem vtranq̄ȝ vim ſingulis ineſſe teſtať maris ⁊ foeminę: ac
foemellas ſine mare ęque gignere. Iſtud ipm mľti aſſeuerāt:
pręſertim venandi ſtudioſi.
Chr. Eſt ita vt dicis. Sȝ hos cuniculos ſi placet: tētemus
q: pinguiuſculi ſunt ac tenelli. Miniſtrar ēilli Nymphę: ſi ꝓ-
pius aſſiderē. Auguſtine iſti⁹ tibi vicinę curā age: ſi libet: cal-
les em̄ quo geſtu ſit miniſtrandū iſtis veneribus
Augu. Teneo q̇d dicas naſute. q̇d te anſerinę carnes dele-
ctāt: Me quidę nō mediocriter iuuāt: vt ſum niniē faſtidio-
ſus. At hic anſer: neſcio q̊ pacto nihil me iuuat. Nihil enī in
vita vidi ſiccius. Siccioꝛ ē pumice: aut etiā; nouerca Furij il-
lius: in quē Catullus multū iocať. Ligne⁹ mihi videtur. Et
me hercule: quātu ȝ ſuſpicoꝛ: veteran⁹ miles īmodicis excubi-

is ſeſe macerauit. Aiunt enim anſerem inter omnia animalia longe eſſe vigilātiſſimum. Et profecto niſi coniectura fallor: hunc anſerem ex eorum numero fuiſſe ſuſpicor, qui canibus vna cuꝫ excubitoribus ſomno ſopitis: Romanum olim Capitolium defenderunt

Chr. Veriſimile (ita me deꝰ amet) dicis: nam ex eo ſeculo relictum arbitror

Aug. Hęc quoqꝫ gallina aut parcum ſaginatorem habuit: aut amauit: aut certe zelotypa vixit, quo quidem morbo hoc animātis genꝰ maxime laborat. Hic capus lōge meliꝰ pinguit Vide curę quid faciāt. Quod ſi ex Theodorico noſtro gallo faceremus capum: multo citius pingueſceret

Theodoricus Non ſum gallus

¶ Aenigma de gallo

Aug. Fateor: non es gallus Cybeles: neqꝫ gallus gallinaceus. At forte gallus gallaceus

Theo. Quid hoc verbi eſt?

Augu. Hoc ęnigma tibi cōiectandū relinquo Ego Sphingen prębui: tu Aedipus eſto

Chr. Dic mihi bona fide Auguſtine: nulla tibi cū gallis vnquam neceſſitudo fuit? Nihil ne affinitatis tibi cum gallis contraxiſti. Nullum fuit ꝯmercium?

Aug. Nihil. Nihil ſane

Chr. Tanto es nequior. Libet ne de iecore anſerino? quod apud veteres in delicijs cum primis habebatur

Aug. Liberalis es: benignus es Chriſtiane

Chr. Has perdices nemo attigit: ne colūbos quidē. Cras ē dies ieiunij ab eccleſia indictꝰ: aduerſus hanc eſuriē munite vos. Agite hoſpites hūaniſſimi: quęſo vt coenulā nr̄am. licꝫ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

tenuez ęqui boniqꝫ cõsulatis. Prebete vos hilares ac lubentes: quanqꝫ ꝯuiuiũ tenue ſit et frugale: ego vr̃a facilitate fret⁹, familiariter vos vocare ſuꝫ auſus. Et eſt ſane veſter mihi aduentus conſpectuſqꝫ non mõ gratiſſim⁹: verum etiã iucundiſſimus.

¶ De conuiuio opiparo: ⁊ poetico

Aug. Coena tua Chriſtiane optime: multis modis elegãs lautaqꝫ nobis videtur: quod excuſas id vnum habetur excuſandum: quod magnificentior ſit: quam ſat eſt. Nam hoc cõuiuium opiparum in primis: ac lautum iudicarim: quod primum ſimplicibus epulis: deinde liberalitate: riſu: iocis: ſalib⁹ ſit conditum: quę omnia noſtro conuiuio non defuerunt. Verum conuiuarum de numero: hic mihi quiddã in mentez venit: quos neqꝫ pauciores tribus: neqꝫ plures nouem eſſe oportere ſcripſit Varro. Tres enim ſunt charites: id ẽ Gratię: humanitatis ac beneuolentię preſides: et nouem ſunt muſę honeſtiorum ſtudiorum duces. At hic decem conuiuas eſſe video, virginibus exceptis. Nihil cõuenientius accidere potuit. Nos ſumus Varrone ipſo paulo ſapientiores. Nam tres puellas lepidiſſimas, tanqꝫ tres Charites adhibuimus. Deinde quia a nouem Muſarum choro Apollo abeſſe nũqꝫ credendus eſt: iure decimũ adiecimus conuiuam

Chri. Poetice dixiſti: Si mihi laurus adeſſet, laurea corona caput tuum cingerem.

Aug. Laudo te: probo te. Nõ improbandus es

Chr. Vultis ne hoſpites ſinguli tantundem mea cauſa facere: quantum veſtra ſum facturus?

Hoſpites. Volumus: ac libentes quidem

Chri. Ebibetis igitur ordine ſuum quiſqꝫ calicem, A me exemplum capietis. Tibi hoc primum ꝓpino Mida.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Midas. Accipio a te libenter. Pro q̊ vulgus pręſtolor dicat
Equidē non recuſo. Nihil tua cauſa recuſabo.
Chriſt. Tu deinceps cęteris propina.
Midas. Eraſme prębibo tibi dimidiatū cyphum.
Eraſ. Precor vt ſit tibi bono: Sit tibi bonū, atq; com-
modum: Proſit tibi. Proficiat durius dicitur
Puer. Eraſme ſalue: quidā ꝓ foribus te cōuentū expetit
Chriſt. Quiſnam eſt?
Puer Mori famulū ſe dicit: herꝝ eiꝰ ex Britānia aduenisse: cupe vt ſeviſat Eraſmus: qm̄ quidē prima luce iter parat iger
Eraſ. Chriſtiane ſubducat̄ rō. Nā mihi quidem (maniā
Chri. Rationē Eraſme doctiſſime huius coenę (abeūdū
ego confecero. Non eſt quod calculū fruſtra teras: gratiam
habeo: qui dignatus ſis noſtro adeſſe conuiuio
Eraſ. Ego ꝑiter tibi grās ago: q̊d ꝓ tua hūanitate ad hoc
cōuiuiū lōge ſuauiſſimū me vocaris. Valete ſodales optimi
Chriſt. Heus dromo: Sedetis iam dudum ocioſi omneis.
Libet ne cuiq; quicquam amplius?
Hoſpites Nihil oīno. Strenue munꝰ nr̄m adminiſtrauimꝰ
Chriſt. Tolle igit̄ hęc, ac bellaria appone. Muta quadrulas
atq; orbes. Tolle cultꝝ meum: q̇ humi decidit. Pira vino ꝑ-
funde. Adſunt mora pręcoqua etiā domi noſtrę nata
Hoſpites. Tāto erūt ſuauiora: quod vernacula.
Aug. En pruna cęrea: en damaſcena: rarꝝ apud nos ſpectacu-
lū. En mitia mala. En mali nouū genꝰ: cuiꝰ matrē ego hiſce
manibus cōſeui. Nuces caſtanee, oīe deliciarꝝ: quas horti
noſtri benigne effundunt, genus. Sed floſculi deſunt
Midas. Iſti gallici ſunt apparatꝰ: q̇ magnificentiā eā po-
tiſſimū amāt: q̇ minio cōſtet. Nobis nō eſt ea mēs aut igeni-

um. Sed heus tu Auguſtine: nū tu credis te hic imunem bi-
biſſe? Ego te meis imunē reddā pocul'. at Chrīano dimidiū
Aug. Chrīanus iādudū me miſſuz facit (cyphi debes
Chr. Jta fiet. Sed quorſuz iſte euaſurꝰ eſt hodie: Impēdi-
um reddas oportet, vnus noīe oīm. Ne verere: ꝑfacile pote-
ris. Fac quod ſępe feciſti: vt aliqua elegātia: doctiores a coena
ſurgamus. Neqꝫ enim clā te eſt: veteres illos in ſecundis mē-
ſis hilariora quędā diſputare ſolitos. Age igit̄. Quibus mo-
dis hęc oratio pt̄ enunciari. Indignum auditu?

¶ Indignum auditu. For.

Aug. Dixti pulchre per poſteriꝰ ſupinū. Auditu minime ē
dignū. Indignū eſt audiri. Haud dignū eſt: qđ audiatur. Eſt
vt audiatur indignū. Leuius eſt: q̄ꝫ qđ audiri debeat. Vix
operępreciū eſt ſcribere Nō tanti eſt: vt audiatur. Ineptius
eſt q̄ꝫ quod audiatur. Nō eſt operępreciū narrare
Ch. Quot modis hęc ſentētia verti poteſt: Dat hat mich
viler arbeit: zyt: ader gelt gheſtanden.

¶ Variandi ratio hanc orationem:
multo mihi conſtat

Aug. His verbis. impendo: inſumo: impertio: cōſtat. Vt
multum in te doccēdo inſumpſi laboris. Plurimum in ea re
operę inſumpſi. Nō minꝰ pecunię: q̄ꝫ curę in eā rem impendi.
Non parꝫ inſumpſi pecunię: tꝑis permultū, laboris plurimū
ingenij nōnihil. Multū lucubratiōis impēdi. Multis vigilijs
hęc res mihi cōſtat multo ſudore. multa oꝑa: plurimo labore:
ſumptu ingenti, pecunia magna. Pluris mihi cōſtat: q̄ꝫ cre-
dis. Minoris mihi conſtat vxor: q̄ꝫ equus meus
Chr. At quid ſibi vult Auguſtine: quod verbo iſti: cōſtat:
modo ablatiuum: modo gtm̄ caſum apponis?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Aug. Quęſtionem plane perutilē: ac late patentem moniſti: verum ne conuiuas loquacitate mea premam, pauciſſimis abſoluam. Sed cupio ſingulorum hac de re audire ſententiaꝫ ne cuiqꝫ (vt dixi) ſim moleſtus.

Chr. Quid ni cupiant idem vel puellę:

Aug. Scis verba emendi ac vendendi: aliaqꝫ eſſe conſimili ſignificatu: quibus apponātur hi gt̄i ſoli. Tanti quāti: pluris: minoris: tantidem: quātiuis: quanticunqꝫ. At ita ſi ſubſtantiua non apponantur: quę ſi accedant: vtraqꝫ in ablatiuū caſum vertūtur. Quod ſi preciū certū apponat̄: pones in ablatiuo. Si per adiectiuū: ſubſtātiuum in ablatiuo pones: niſi per aduerbiū loqui malis.

Chr. Quęnam verba ſunt de quibus precipis:

¶ Emendi, ęſtimandiqꝫ verba

Aug. Hęc fere ſunt. Emo: mercor: redimo aut captum: aut perditum: vendo: venūdo: reuendo: rurſus vendo: quod mihi venditum erat. Veneo. i. vendor: in preterito: veniui: vel venij. in ſupino venū. Hinc venalis. Ab illo. i. vendo vendibilis manat. Mereo pro inſeruio: et ſtipendiū facio. Cōparo. i. emo vel cōmitto. cōmuto. muto. permuto. Cambire penitus barbarum in hoc ſenſu. Aeſtimo, taxo: iudico: cēſeo: achten ſchatten. Liceor eris: licitor aris: dingen: Addico zoſagen Diſtrahor: id eſt circumferor vt veneā. Metior: pro ęſtimo: aut taxo: achten. Conſtat pro emitur. Conducere hueren. Locare: verdingen. Foenero ad foenus do. Foeneror ad foenus accipio. Paciſcor, pactus ſum. Pango. pepigi pactum facio..

Chr. Da exemplum

Vendendi et emendi For.

Aug. Quanti iſtum agꝝ in ſingulos annos locas? Reſpō-
debimus. Vligenis francis. Hui nimio locas. imo locaui oliꝫ
multo pluris. At ego tanti non cōducam. Si condixeris mi-
noris: pereā. Jmo iam vicinus tuus Chremes agrum obtu-
lit: ac rogat. Quāti? Tantidem quantum tu petis. At mul-
to meliorem. Mentiris: Facio vt ſolent: qui licentur. Tu ipſe
tanti poſſide. Quid liceris vel licitaris cū nihil ſis empturus?
Quanticunqꝫ addixeris: ſoluā optima fide.

Chr. Alterum exemplum

Aug. Congrum iſtum Syra quanti vendis? Decem obo-
lis. Nimio turpiſſima. Jmo minimo: nulla tibi vendet mi-
noris. Moriar ſi non tanti mihi conſtet: aut certe non multo
minoris. Mentiris venefica: quoniā duplo vis vendere: aut
triplo. Et centuplo ſi queam: at fatuos non inuenio. Quid ſi
liciter teipſam. Quanti ęſtimas te? Vt lubet: quanti me
liceris? Quanti ęſtimas te? Dic quanti te taxas? De-
cem ſcutatis. Hui tanti? Eho: an tu minoris me ęſtimas?
Ego olim non ſemel: pluris vna nocte ſum conducta. Credo
at nunc non paulo minoris ęſtimo: quam piſcem. Abi in ma-
lam rem ganeo: tantidem te ęſtimo: quanti tu me. Qui te te-
runtio emerit: nimio emerit. Aut pluris emar: aut non ven-
dar. Si magno venire cupis: larua tibi opus eſt: nam rugę
iſtę non ſinunt: vt carius vendaris. Ei qui tanti me nolit:
non ſum venalis. Ego ne culmo quidem te emero. Con-
ſtiti pluris.

Chr. Tertium exemplum.

Aug. Auctiōi hodiernę interfui. Ain tu? Licitatus ſuꝫ ve-
ctigalia. Quāti tandem? Decem millibus. Hui: tāti? Ne mi-
reris: erant qui multo pluris licerentur: pauci, qui minoris

Cui tādem addicta ſt? vectigalia? Chremeti vxoris tuę ſum-
mo ꝛ maxīo amico. Sed diuina quanti ſunt addicta. Decem
Jmo q̇ndecim deus bone. Ego mihi hoīem ipm̄ cuꝫ tota fa-
milia dimidio addictū noli. At ille vxorem tuā duplo emptā
cupit. Aduertiſti ne in his orōnibus: vbicūqꝫ adſit ſubſtāti-
uum p̄cij: id in abltō poni: cęteris aut in genitiuo poſitis: aut ī
aduerbiū mutatis? Cōparatiuū nunq̄ꝫ audiſti ſine ſubſtāti-
uis: exceptis illis duobus pluris ꝛ minoris Uerum vbi has
Eraſmi tui elegātias leges: recti⁹ intelliges. Jlle enī hūc no-
dū explicuit luculētiſſime. Sunt et alia ꝟba his: de q̇bus ſu-
mus locuti: nō admodū diſſimilia, Sū: facio: habeo: duco: ęſti
mo: pendo, quę idē fere ſignificant: fio itidem: achten. Jungū-
tur autem his fere genitiuis, multi: parui: magni: pluris: pluri
mi: minoris: minimi, maximi: tanti quanti: flocci: pili: nihili:
nauci: et ſi qua ſunt his ſimilia

Chr. Da exempla

¶ Aeſtimandi. For.

Aug. Scis quāti te ſemp̱ fecerim? Tāti fies apud homīes:
quāti virtutē facies. Pręceptores meos ſp̱ feci plurimi. Au-
rū hac tēpeſtate magni pendit᷑. literę nihili ducunt᷑. Aurum
mīoris habeo q̄ꝫ credas. Tuas minas flocci facio. Promiſ-
ſa tua duco minimi. Nō pili te facio. Si tāti ſapientia pēde-
ret᷑: quanti pecunia: nemo auro egeret. Pluris apud nos fit
auꝝ ſine ſapiētia, q̄ꝫ ſapiētia ſine auro. Hoc pluris te habeo:
q̊d doctus ſis. Minoris hic fies: q̊d mentiri minime calleas
Hi multi fiūt: qui nigꝝ in cādidum vertūt. Hoc mihi pluris
es: q̊d lr̄as amas. Tāti apud oēs eris: quantum poſſidebis.
Tāti vbiqꝫ habeberis: quātum habebis. Nō quanti habea-
ris: ſed quāti ſis intereſt: Tāti Chriſtianuꝫ meū facio: quāti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

alıū neminē. Inueniunt̄ et alia v̄ba cū his genitiuis ⁊ abltīs.
Petrus oſculū puellę ſcutato emit. Sit illi fauſtū: noliꝫ ego
baſiare tāti. Quāti luditis? Quāti coenaſtis? Quoſdaꝫ ſex-
centis ſeſtertijs coenaſſe legimꝰ: At Galli ſępenūero Liardo
coenitāt. Fauſtus quāti docet? Paruo. At pluris: q̄ꝫ denis.
quanti igr̄? Undeuiginti aureis. Non diſcam mentiri tāti
Phedria apud Terētium: ⁊ rem ⁊ ſeipm̄ perdidit. At noliꝫ
ego amare tāti. Aequi: boniq́ꝫ conſulas oro: nemet in guot.
Eſt et aliud verboꝝ genꝰ que accm̄ vna cum gtō aut ablatīo
caſum exigunt: q̄ ſunt accuſo: id eſt obijcio crimen: aut culpo
etiā abſentem Incuſo inculpo extra iudicium. Arguo repre-
hendo. Inſimulo: impingo ſuſpicionē culpę. Poſtulo: in ius
voco. Damno, cōdemno: pronūcio illū eſſe in culpa.

¶ Exempli cauſa: accuſandi For.

Scipio accuſatꝰ eſt ābitus: aut de ambitu. Arguis me impu
dentię ipſe impudentiſſimꝰ. Lepidus poſtulatus eſt repetū-
daꝝ: Si hoīem inſimulabis auaritię: male audies. Admone-
to eū priſtinę fortūę. Mortales ipo ſuo vocabulo ſuę cōditio-
nis admonētur. Sūt plęraq́ꝫ q̄ accm̄ geminū admittāt. Do
ceo te literas. Exorat te veniam. Dedocebo te iſtos mores
Popoſcit me mutuū. Hic eiꝰ rei mihi admonēdus es: q̄d ſe-
cundū accm̄ etiā paſſiua obtinent: in alijs gtīus manet. A me
doctus es literas. Poſtulant me furti: poſtulor furti. Accu-
ſas me ſacrilegij: accuſor ſacrilegij. Scio te nonduꝫ expletum
Scio aīo tuo nōdum eſſe ſatiſfactum. Qn̄ enī tantus belluo
ſatiari neq̄s Eraſmi cōmentarios legito: qui ſi nequibūt ex-
plere te: nunq̄ꝫ expleberis. Sed cōuiuis parcenduꝫ eſt: q̄s hęc
non omnes perinde delectant. Coenate: inter deābulandum:
id q̄d rationi deerit, perſoluemus: niſi quid aliud cenſes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Chr. Agamus deo gratias immortali, deiñ pauliſp deābu-
Midas Pulchre dicis. Nihil enim hoc veſpertino (laturi
coelo amoenius: nihil ſalubrius

Chr. Petre adeſdum. Tolle ſuo queq; ordine: ac vinū cy-
phis infunde. Qui nos creauit: redemit: ac pauit: benedictus
ſit in ęternum. Hoſpites Amen.

Chr. Gr̄as agim⁹ tibi oīpotēs de⁹: qui ꝑ tua largitate nos
alis tuos famulos: miſerere viuoꝝ, pacēq; dones eccleſię tuę:
ac reqem in tuo regno animabus defunctoꝝ largiaris ęternā
Hoſpites Amen

Chr. Habeo vobis hoſpites cādidiſſimi gr̄am: q̄ ad hoc cō-
uiuiolum venire dignati ſitis. Oro ęqui boniq; cōſulatis.
Hoſpites. Nos viciſſim gratias referre volumus non tan
tum habere. Proinde ne multis agātur gratię. Quin poti-
us ſurgamus et expatiemur.

Aug. Ducamus nobiſcum virgines: nam eo mihi minus
moleſta erit deambulatio

Chr. Recte ſentis. Utrū mauis noſtris in hortis more
poetico reptare: an foris ad amnē expatiari?

Aug. Habēt quidē horti tui amoenitatis permultū: verū
eā voluptatē matutinis deābulationib⁹ ſerua. At ſole incli-
nato: animū aſpectus oculos mirum in modū iuuat

Chr. Antecede igitur Auguſtine: vt Poeta dignū eſt: ego
latus tuum claudam

Aug. Bone deus quātum comitum: quantam pompā no-
biſcum ducimus: Dici non poteſt Chriſtiane quantum mi-
hi placeam. Satrapes mihi videor.

Chr. Age nunc promiſſum pręſta. Solue quod recepiſti.
Aug. Quid me potiſſimū vis dicere?

Chr. Eho quondam in Eraſini oratione cum multa: tum
illud in primis ſolebam admirari: quod taꝫ facile: tam crebro:
tam venuſte orationem verteret: quę res non modo ſingula⸗
ris ingenij: verumetiã multi vſus mihi videtur

Aug. Haud iniuria iſtud in Eraſino admiratus es Chri⸗
ſtiane. Ille enim tum hac in re diuinam quãdaꝫ vim obtinet:
quã quidem illi cum ingenij dexteritate quadã: tum plurimo:
et dicendi: et legendi et ſcribendi vſu contigiſſe: opinor: potiꝰ
ꝙ ratione aliqua aut pręceptione

Chr. At ego rationem aliquã iſtius rei ſi fieri poteſt expe⸗

Aug. Ita vt dixi: res habet. Uerꝫ quia te tantopere (cto
video velle: quoad potero morem geram: eaſqꝫ ratiunculas:
quas in Eraſmi orationibus mihi viſus ſum animaduerte⸗
re vt potero: reddam.

Chr. Age percupio.

Breuis de copia preceptio

Aug. Accĩgor. Prĩcipio res ipa puris: electis, ac latinis ver⸗
bis efferẽda ẽ: qđ ipm poſſe: nõ mediocris artificis eſt. Sunt
enĩ permulti: qui neſcio quo mõ copiã et varietateꝫ orationis
affectant: quum ne ſemel quidem rem poſſint apte explicare
Iſti tanqꝫ ſemel balbutiſſe ſit parum: balbutiem ſuam alijs:
atqꝫ alijs modis reddũt balbiorem: tanqꝫ ipſi ſecum certamẽ
ſuſceperint: vt quã barbariſſime dici poſſit dicant. Itaqꝫ in⸗
epti ſynonyma quędã congerũt, adeo interdum inter ſe diſſi⸗
dentia: vt ipſa mirentur: quo pacto cõuenerint. Quid enĩ ab
ſurdius: ꝙ hoĩem pannoſum: cui nec vna quidẽ quam ſine pu
dore poſſit induere: ſit veſtis: eum tamen ſubinde ſuos pan⸗
nos mutare ac mendicitatem ſuam pro opibus oſtẽtare? At

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

nihilominus ridiculi videnť iſti varietatis affectatores: qui quum barbare ſemel dixerīt: repetunt idem multo barbari⁹: demum iteꝝ atqꝫ iteꝝ indoctius. Hoc eſt non oratione: ſed ſoloeciſmis abundare. In primis igitur (vt dixi) res ipſa aptis atqꝫ electis verbis eſt explicanda. Deinde mutatorijs verbis vtendū: ſi que idē efficiāt: reperianť. Reperiūtur eīn permulta. Demū vbi propria deficiēt tranſlaticijs erit vtendū: ſi mō verecūda ſit trāſlatio. Ea quoqꝫ vbi deerunt: ſi per actiua dixiſti: ad paſſiua reuertendū erit, q̃ nobis totidem orōnes reddunt q̊t ex actiuis cōſtabant. Poſtea verba: ſi licebit: aut in noīa verbalia: aut in participia cōmutabimus. Poſtremo: vbi mō aduerbia in noīa: mō noīa in alias atqꝫ alias ꝑteis cōmutauerim⁹: per cōtrarium dicem⁹, aut affirmatiuā orōnem in negatiuā commutemus: aut retrorſuꝫ: aut certe: quod pronūciatiue dictū: per interrogationē efferamus. Nunc exempli cauſa: hanc ſententiam ſumamus.

Lr̄ę tuę magnoꝑe me delectarunt.

Litterę tuę

Epiſtola: epiſtolium: ſcripta: ſchedę: litterę

Magnopere

Miꝝ in modū: miris mōis: maiorem in modū: ſupra moduꝫ: plurimum: nō mediocriter. ſummopere: maximopere

Me.

Animū meum: pectus meū: oculos meos: cor meū. Eraſmū

Delectarunt.

Voluptate affecerūt: recreauerūt: exhilararūt: voluptati fuerūt: oblectarūt: voluptate perfuderūt: mellitiſſimę fuerūt, iucundiſſimę ꝛc.. Habes materiā: tuū erit cōponere. Experiamur igitur: faciamus periculum

Chr. Tuę literę magnopere me delectarunt. Tua epiſto-
lia mirifice nos exhilarauit.
Aug. Uerte actiuū in paſſiuū: alia erit facies. Ut dici non
poſſit: ꝙ tuis ſim ſcriptis exhilaratus

Item per alia verba idem efficientia.

Tuis ex lr̄is incredibilē coepi voluptatē. Ex ep̄l'a celſitudi-
nis tuę plurimū voluptatis accepi. nō mediocrem lęticiā tua
mihi ſcripta attulerunt. Gaudio tua me ſcripta: quātus erā:
perfuderūt. Hic nō ita liceret mutare ī paſſiua: niſi in illo po-
ſtremo: perfuſus gaudio: q̄d vſitate dicit̄. Capiebatur a me
voluptas: allatū eſt gaudiū: non perinde vſitate dixeris

Per afficio

Singulari voluptate literę tuę me affecerunt

Muta in paſſiuum.

Tuis ſcriptis incredibili ſum affectus voluptate
Non parū gaudiorum tuum nobis epiſtolium peperit

¶ Per ſum et nomina adiectiua

Tuę mihi literę multis modis iucundiſſimę fuerūt. Fuit tua
illa epiſtola ſane ꝙ gratiſſima

Per nomina ſubſtantiua.

Ineffabili voluptati tua nobis ep̄l'a fuit. Incredibili iucun-
ditati fuerunt tuę litterę

Cōmuta in negationem

Tua ſcripta nō mediocri lętitię fuere. Nihil in vita tuis lr̄is
accidit iucūdius. Quanꝙ hac rōne aliq̄ties iam vſi ſumus: q̄
nō eſt negligēter prętereūda. Nā quoties multū: plurimum:
ſingulare ſignificare volum⁹: per ꝯtrariū verbū idē efficiem⁹
Ut vehemēter te amat Hēricus. Haud vulgariter te amat.
Multū me iuuat vinū: haud paꝝ iuuat. Eſt vir ſingulari in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

genio. Eſt vir ingenio non vulgari. Eſt hō doctrina admirā-
da. Eſt hō nō contēnenda doctrina. Thomas ē ſummo apd
ſuos loco natus. Nō infimo loco nat⁹. Auguſtin⁹ eloquen-
tiſſimus fuit. Nō ineloquēs fuit: Carneades orator fuit no-
bilis. Nō ignobilis: nō obſcurus. Et id gen⁹ ſimilia: quę nū-
quam nō vſu veniunt. Sed admonuiſſe rem clariſſimā ſatis
eſt. Nec te lateat bifariam nos huiuſmodi orationū genere
vti: modeſtię cauſa: pręſertim ſi de nobis ipſis loquamur Tū
etiā amplificādi grā. Nam nō ingratum: pro valde grato.
Nō vulgariter: pro ſingulariter recte et venuſte dicimus.

¶ Modeſtię cauſa

Ego litteris meis nōnullā doctrinę ſuę opinionem cōſequu-
tus. Semper curaui: vt in litteraria gloria nō poſtremas p-
teis tenerē. De amplificatione ſuperiora ſunt exempla. Nūc
ad noſtra reuertamur. Nihil tua epiſtola vnq̄ȝ euenit grati⁹
Nulla res maiori vnq̄ȝ voluptati fuit: q̄ȝ tua ſcripta. Nulla
vnq̄ȝ ex re tātundeȝ coepi voluptatis: quantum ex tuis lr̄is

¶ Hoc mō ſingulę orationes ſuperiores (amātiſſimis
poterūt variari per interrogationem

Quid tuis litteris in vita iucundius eſſe potuit?
Quid epiſtola illa tua nobis euenit dulcius?
Quid ita oblectauit vnq̄ȝ vt proximę tuę litterę?

¶ Hoc mō rurſuȝ ſingulas fere orōnes variari licebit

Chr. Quid deinde fiet?
Aug. Jam paulo liberius totā orationem vertemus: vt vnā
dictionem pluribus verbis circūloquamur
Chr. Dic exempli cauſa
Quod modo per nomē incredibile: mō per aduerbiū incredi-
biliter dictū erit. Vnā dictionē aliquot ꝟbis ꝯmutabimus.

Litteris conſequi nequeā: quantum tuis litteris ſim delecta-
tus. Et mihi ſcriptu: et tibi creditu perdifficile fuerit: quantę
iucunditati tua mihi ſcripta fuerūt. Explicare prorſus neq̄o:
q̄ȝ ſim tuis litteris gauiſus

Et item in infinitum   Rurſum alio pacto

Nā hactenus et per negationem: et per interrogationē: po-
ſtremo: per infinitas orōnes variauimus. Nūc per ſubiun-
ctiuas ſiue conditionales variabimus hoc modo

Moriar ſi vnq̄ȝ quicq̄ȝ fuit tuis lr̄is aut optati⁹: aut dulcius.
Pereā: ſi vlla res maiori voluptati fuit: q̄ȝ tuę litterę. Ita me
deus amet: vt nihil in vita tuis litteris accidit iucundius.

Et item alia multa in hunc modum excogitare licebit

Chr. Quid deinde?

Aug. Nūc ad trāſlatiōes: ſil'itudines ⁊ exēpla fugienduȝ ē

¶ Tranſlatio eſt in his

Accepi litteras tuas: quę mellitę fuerūt. Nil niſi delitię tua
mihi ſcripta videnť. Mera voluptas ſunt tuę litterę. Et hu-
iuſmodi plurima. Sed cauendū: ne obſoletis aut durioribus
tranſlationibus vtamur: quale eſt illud. Jupiter hybernas
caua niue conſpuit alpes. Et quale eſt illud. Coena tuorum
ſcriptorum me ſuauiſſimis epulis refecit

¶ Comparatio a ſimili

Tua ſcripta omni vel ambroſia vel nectare ſuauiora fuere.
Litterę tuę quouis melle mihi fuere dulciores. Epl'a huma-
nitatis tuę et ſiliquā oēm: ⁊ mel atticū ⁊ ſaccaꝝ omne, nectar
ambroſiāq̄ȝ deorum longe ſuperauit. Hic quicquid dulcedine
nobilitatū eſt: in medium adduci poteſt.

¶ Ab exemplo

Nunq̄ȝ adducar vt credam Hero Leandro ſui lr̄as aut ma-

ſore voluptate:aut pluribus oſculis accepiſſe:q̃ tuas accepi.
Vix crediderꝫ:aut Scipionē euerſa Carthagine:aut Pau
lū Aemiliū:capto Perſeo:magnificētiorē egiſſe triūphꝫ:q̃
ego:ſimul ac ſuauiſſima tua ſcripta tuꝰ mihi tabellariꝰ reddi-
dit. Hmōi ex fabulis:tū ex hiſtorijs īfinita pn̄t īueniri:e phy-
ſica ꝟo ſumunt͛ reꝝ ſil'itudines:quaꝝ quā plurimaꝝ naturas
memoriter tenere necc̄ē eſt. Nūc ſi libet in alia ſn̄ia tentemus.

¶ Nunq̃ dum viuā tui ero immemor.

Semꝑ dum viuā tui meminero. Quoad viuā nunq̃ me tui
capiet obliuio. Prius viuere deſinā:q̃ tui meminiſſe

Per comparationes

Si vmbrā corpus poterit effugere. ⁊ hic animꝰ tui q̇bit obli-
uiſci. Tui memoriā:ne Letheus q̇dez amnis poterit abolere

Preterea per impoſſibile aut more
Poetico per contraria

Dū iuga montis aper: fluuios dū piſcis amabit: Ante leues
ergo ⁊c. que nō eſt multi negocij excogitare. Verū ne immo-
dici videamur:hoc modo cōtenti ſimus. Alias ſi voles: copi-
oſius hac de re colloquemur

Chr. Ego te Auguſtine iā plane exhauſtū putabā. Sꝫ tu
preter expectationem nouū theſauꝝ indicaſti: quez ſi pergas
explicare:nox añ occupauerit:quā tibi eadē de re deſint ꝟba.

Aug. Si ego hoc mediocri ⁊ doctrina: ⁊ ingenio preſto:q̄n-
tū Ciceronē ipm valuiſſe credis: q̇ cuz Roſcio hiſtrione cer-
taſſe legit͛. Sed adueſperaſcit:lectꝰ nos accerſiri iubet. Pro-
inde vale mi Chriſtiane ſuauiſſime in craſtinū.

Chr. Tu itidē bn̄ valeas Auguſtine oīm doctiſſime

¶ Familiariū colloquioꝝ, et preceptiun-
cule de copia Finis.

¶ Des· Eraſmi Roterodami: de ratione ſtudij: ad amicũ quendã: epiſtola protreptica

Cum te incredibili quodam literaꝝ ardore fla/
grare minime dubitarẽ. M. nõ vulgaris ami/
ce: hortatione nihil opus eſſe putaui: ſed eius
quaz ingreſſus eſſes: vię duce mõ: at tanq̃ in/
dice. Id mei officij eſſe iudicaui: videlicet vt tibi hoĩ non mõ
multis mõis copulatiſſimo, veꝝetiaz iucũdiſſimo: veſtigia q̇/
bus ipſe a puero eſſem ingreſſus: cõmonſtrarẽ. Quę ſi tu pa/
ri cura accipies: atq; ego dicturus ſum: futuꝝ cõfido: vt neq;
me monuiſſe: neq; te paruiſſe poenituerit, Prima igiť cura ſit
vt pręceptorẽ tibi deligas q̃ eruditiſſimũ. Neq; eñ fieri po/
teſt: vt is recte quenq̃ erudiat: q̇ ſit ip̃e ineruditus: quẽ ſimul/
atq; nact⁹ eris: fac oĩbus mõis efficias: vt ille patris in te: tu
filij in illũ viciſſim induas affectũ. Ad quod quidem cuz ipſa
honeſti rõ nos debet adhortari: quod nõ minus debeam⁹ ijs
a quib⁹ recte viuendi rationem: quam a quibus viuẽdi initia
ſumpſimus: tũ mutua iſta beneuolentia tm̃ ad diſcendũ habz
momenti: vt fruſtra litteraꝝ pręceptorẽ ſis habitur⁹: niſi ha/
bueris ⁊ amicũ. Deinde vt te illi: et attentũ et aſſiduũ prębe/
as. Cõtentione eñ immodica nõnunq̃ obruunť ingenia diſ/
centiuz. Aſſiduitas ꝓo et mediocritate ſua ꝑdurat: ⁊ q̊tidia/
nis exercitationib⁹ maiorẽ opiniõe aceruũ accumulat. Sati/
etate cũ oĩbus in rebus, tũ pręcipue in literis nihil ꝑniciosius.
Laxãda eſt igiť aliquoties illa ſtudioꝝ cõtentio: intermiſcen/
di luſus: ſed liberales, ſed litteris digni: et ab his nõminus ab/
horrentes. Imo medijs ipis ſtudijs ꝑpetua quędã voluptas
admiſcenda ẽ: vt ludũ poti⁹ diſcendi, q̃ laborẽ exiſtimemus.
Nihil eñ perdiu fieri pt: q̊d non agẽtem aliqua voluptate
retinoreť. Optima quęq; ſtatim ac primuz diſce. Extremę eſt

dementię diſcere dediſcenda. Q̄d in curādo ſtomacho ſolent
pręcipere medici: idē tibi in ingenijs ſernandū puta. Caue aut
noxio: aut immodico cibo ingeniū obruas: vtroqꝫ em̄ iuxta
offendit̄. Ebrardū Catholicō, cęteroſqꝫ id genus: quos per-
cenſere neqꝫ poſſum: neqꝫ operę preciū eſt: ijs relinquito: quos
barbariem immēſo labore diſcere iuuat. Initio nō ꝙ multa:
ſed ꝙ bona percipias: r̄fert. Sed iā rationē accipe: qua poſſis
non ſoluz rectius: ſed etiā facilius diſcere: hoc enī in hoīe arti-
fice pręſtare ſolet artis rō. vt tantūdem opis. quū rectius ex-
peditiuſqꝫ tum leuius etiā efficiat. Diem tanꝙ in oꝑas par-
tire: id quod ⁊ a Plinio Secundo, ⁊ a Pio pōtifice Maxio:
viris oīm memoria pręſtātiſſimis: factitatum legimꝰ. Prin
cipio q̊d caput eſt, pręceptorē interpretātem, nō attētus mo-
do: ſed ⁊ auidus auſcultato. Nō contētus impigre ſequi diſ-
ſerentē: aliquoties pręuolare cōtende. Om̄ia illius dicta me-
morię: pręcipua etiā litteris mādabis: fideliſſimis vocum cu-
ſtodibus Quibꝰ rurſus ita cōfidas caue: vt diues ille ridicu-
lus apud Senecā. qui ſic animū induxerat: vt ſe tenere crede-
ret. quicquid ſeruorū quiſquam meminiſſet. Noli cōmittere
vt codices eruditos habeas: ipſe ineruditus. Audita ne efflu-
ant: aut apud te aut cū alijs retracta. Ne his quidē contētus
aliquā temporis partem tacitę cogitatiōi tribuere memento.
Quam vnaz diuus Aurelius, tum ingenio: tum memorię in
primis conducere ſcripſit. Conflictatio: et tanquam palęſtra
ingeniorum: neruos animi pręcipue tum oſtendit: tum exci-
tat: tum adauget. Nec ſciſcitari ſi quid dubitas: nec caſtiga-
ri: ſi quid errabis: ſit pudor. Nocturnas lucubrationes atqꝫ
intēpeſtiua ſtudia fugito: Nam et ingenium extinguunt: et
valetudinem vehementer offendūt. Aurora Muſis amica ē:
apta ſtudijs. Prāſus aut lude: aut deābula: aut hilarius cō-

fabulare. Quid quod inter iſta quoqꝫ ſtudijs locus eſſe pt?
Cibi non quãtum libidini: ſed quantum valetudini ſatis eſt
ſumito. Sub coenam pauliſper inambula: coenatus idem fa-
cito. Sub ſomnum exquiſiti quippiã ac dignũ memoria le-
gito: de eo cogitantem ſopor opprimat, id experrectus a teip-
ſo repoſcas. Plinianum illud ſemper animo inſideat tuo.
Omne perire tempus: quod ſtudio non impertias. Cogita
iuuenta nihil eſſe fugacius. quę vbi ſemel auolarit: redit nũqꝫ.
Sed iam hortator eſſe incipio, indicem pollicitus. Tu ſua-
uiſſime M. hanc formã: aut ſi quam poteris meliorem ſeque-
re ac bene vale

De ratione ſtudij epiſtolę protreptice finis

Dauentrię in ędibus Alberti Paffradi An.
M. D. Xix. Menſe Junio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86

8409

1372

7265

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
226 E 86